Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# De consolatione philosophiae

Boethius, Anicius Manlius Severinus

[Deventer], [1480-85]

Prosa sexta libri quarti

urn:nbn:de:bsz:31-293110

Visual Library

## Proſa ſexta libri quarti.

Ita eſt iquam. Sed cū tui muneris ſit latētiū rerū cauſaſ euoluere velataſ q; caligine explicare rationes. queſo vti hinc decernas. qm̄ hoc me miraculū maxime ꝑturbat ⁊ ediſſeras. P. Tum illa pauliſper arridens. ad rē me omniū inquit queſitu maxiā; vocas. cui vix exhauſti quicq̄; ſatis eſt. talꝪ nāq; materia eſt vt vna dubitatione ſuccīſa innumerabiles aliæ velut hydræ capita ſuccreſcāt. nec vllus fuerit mod⁹. niſi quis eas viuaciſſimo mētis igne coerceat. In hac eni de prouidentiæ ſimplicitate. de fati ſerie. de repentinis caſibus. de cognitiōe ac prædeſtinatione diuina. de arbitrij libertate quæri ſolet Quæ quanti oneris ſint ipſe perpendis. Sz qm̄ hæc quoq; te noſſe quædā medicinæ tuæ portio eſt. quāq̄m āguſto limite tꝑis ſepti tamen aliquid deliberare conabimur Q̄d ſi te

muſicā carminis oblectamēta delectant hanc
pauliſper oportet differas voluptatem · du3
nexas ſibi ordinē contexo rationes ¶B. Vt
libet inquā ¶P. Tum velut ab alio orſa prīi
cipio ita diſſeruit · Omnium generatio rerum
cunctus q; mutabilium naturarum ꝓgreſſus
⁊ quicquid aliquo mouet᷑ modo · cauſas ordi
nem formas ex diuinæ mētis ſtabilitate ſorti
tur · hæc in ſuæ ſimplicitatis arce poſita mul
tiplicem rebus gerendis modū ſtatuit · q̆ mo
dus cum in ipſa diuinæ intelligentiæ purita
te conſpiciatur prouidentia nominatur · Cum
vero ad ea q̄ mouet atq; diſponit refertur fa
tum a veteribus appellatum eſt · Quæ diuer
ſa eſſe facile liquebit · ſiquis vtriuſq; vim men
te conſpexerit Nam prouidentia eſt ipſa illa
diuina ratio in ſummo omnium principe ꝯſti
tuta q̄ cūcta diſpoīt Fatū vero ihærēs rebꝰ
mobilibꝰ diſpoſitio ꝑ quā ꝓuidētia ſuis q̄q;

nectit ordibus · Prouidētia nāq; cuncta pa
riter quāuis infinita cōplectitur · Fatū vero
ſingula dirigit in motu · locis · formis ac tem
poribus diſtributa · vt hæc tp̄alis ordis ex
plicatio ī diuinæ mētis adunata ꝓſpectu ꝓ
uidentia ſit · Eadem vero adunatio digeſta
atq; explicata temporibus fatū vocet̄ · Quæ
licet diuerſa ſint · alterū tamen pendet ex alte
ro · Ordo nāq; fatalis ex ꝓuidētiæ ſimplicita
te ꝓcedit · Sicut eī artifex faciēdæ rei formā
mente ꝑcipiēs mouet opis effectū · ⁊ quod
ſimpliciter preſentariæq; ꝓſpexerat ꝑ tempo
rales ordines ducit · ita deus ꝓuidētia quidē
ſingularit̄ ſtabiliterq; faciēda diſponit · fato
vero hæc ipſa quæ diſpoſuit multipliciter ac
temporaliter adminiſtrat · Siue igit̄ famulā
tibus quibuſdam prouidentiæ diuinis ſpiri
bus fatum exercetur · ſeu anima · ſeu tota in
ſeruiente natura · ſeu celeſtibus ſiderū motibus

ſeu ãgelica virtute · ſeu demonum varia ſoler
tia · ſeu aliquibus horum · ſeu omnibus fatal'
ſeries texitur · illud certe manifeſtum eſt imo
bilem ſimplicemq; gerēdarum formam rerū
eſſe prouidētiam · Fatum vero eoruꝫ quæ di
uina ſimplicitas gerēda eſſe diſpoſuit mobi
lem nexum atq; ordinem temporalem Quo
fit vt omnia quæ fato ſubſūt prouidētiæ q̄ꝫ
ſubiecta ſint cui ipſū etiã ſubiacet fatū Quæ
dã vero quæ ſub prouidentia locata ſunt fati
ſeriem ſuperent · Ea vero ſunt quæ primæ ꝓ
pinqua diuinitati ſtabiliter fixa fatalis ordi
nem mobilitatis excedūt · Nam vt orbiuꝫ cir
ca eundeꝫ cardinē ſeſe vertētium q̄ eſt intim⁹
ad ſimplicitatem medietatis accedit · cætero
rumq; extra locatorum veluti cardo quidam
circa quem verſentur exiſtit · Extimus vero
maiore ãbitu rotat⁹ quãto a pūcti media ĩdi
uiduitate diſcedit tãto ãplioribus ſpacijs

explicat. Si quid vero illi ſe medio ↄnectat ⁊ ſociet i ſimplicitatem cogit᷑. diffundiq; ac diffluere ceſſat. Simili ratione quod longi⁹ a prima mente diſcedit maiorib⁹ fati nexib⁹ implicat᷑ Ac tãto aliquid fato liberũ eſt quãto illũ rerũ cardinẽ vicinius petit. Quod ſi ſupnæ mẽtis heſerit firmitati motu carẽs fati q̃; ſupgredit᷑ neceſſitatẽ. Igit᷑ vti eſt ad intellectũ raciocinatio. ad id quod eſt id quod gignit᷑. ad æternitatẽ tẽpus. ad pũctũ mediũ circulus. ita eſt fati ſeries mobilis ad prouidentiæ ſtabilẽ ſimplicitatẽ Ea ſeries cælũ ac ſidera mouet. elemẽta in ſe inuicẽ tẽperat ⁊ alterna ↄmutatiõe trãſformat Eadẽ naſcẽtia occidentiaq; oia p ſimiles fœtuũ ſeminũq; renouat progreſſus. Hæc act⁹ etiã fortunas q; hoim idiſſolubili cauſarũ ↄnexiõe ↄſtrĩgit q̃ cũ ab imobilis prouidẽtiæ proficiſcat᷑ exordijs. ipſaſq; quoq; imutabilez necẽ eſt eſſe.

Ita eni res optime regunt᷑ ſi manēs in diuia
mēte ſimplicitas indeclinabilē cauſarū ordinē
promat. Hic vero ordo res mutabiles ꝛ alio
quin temere fluituras ꝓpria incōmutabilitate
coerceat. Quo ſit vt tametſi nobis hūc ordi
nē minime ꝯſiderare valētibꝰ. cōfuſa oīa ꝑtur
bataqȝ videant᷑. nihilominus tñ ſuus modus
ad bonū dirigēs cūcta diſponit. Nihil eſt ei
qd mali cauſa ne ab ipſis q̄dem iprobis fiat.
quos vt vberrime demonſtratum eſt. bonum
quaerentes prauus error auertit. nedum ordo
de ſummi boni cardine proficiſcens a ſuo q̄q̄z
deflectat exordio Quae vero inquies poteſt
vlla iniquior eſſe confuſio. q̄m vt bonis tum
aduerſa tum proſpera. malis etiam tum op
tata. tum odioſa contingant. Num igitur e
a mentis integritate homines degunt. vt q̄s
probos improbos ve cenſuerint. eos quoqȝ
vti exiſtimant eſſe neceſſe ſit. Atqui in

hoc dominuz iudicia depugnāt · vt quos alij
premio · alij ſupplicio dignos arbitrātur Sʒ
concedamus vt aliquis poſſit bonos malosqʒ de
diſcernere · Num igitur poterit intueri illā in
timam temperiem velut in corporibus dici ſo
let animorum Num enim diſſimile eſt miracu
lum neſcienti cur ſanis corporibus his qui
dem dulcia · illis vero amara cōueniant · Cur
ægri etiā lenibus quidaʒ · quidam vero acri
bus adiuuātur · At hoc medicꝰ qui ſanitatis
ipſius atqʒ ægritudiꝭ modū tēperamētūqʒ di
noſcit minime miratᷣ · Quid vero animorum
aliud ſalus videtᷣ eē q̄ʒ probitas Quid ægri
tudo q̄m vicia · Quis enī alius vel ſeruator bo
norū vel malorum depulſor q̄ʒ rector ac medi
cator mentium deus · Qui cū ex alta prouidē
tiæ ſpecula reſpexerit quid vnicuiqʒ cōueni
at agnoſcit · Et quod conuenire nouit accō
modat · Hic iā fit illud fatalis ordinis inſigne

miraculū · cū a ſciente geritur quod ſtupeāt ignorantes · Nam vt pauca quæ valet ratio humana de diuina profunditate perſtringā De hoc quem tu iuſtiſſimum ⁊ æqui ſeruantiſſimum putas omnia ſcienti prouidentiæ diuerſum videtur. Et victricem quidem cauſam dijs victam vero catoni placuiſſe familiaris noſter Lucanus admonuit · Hic igitur quicquid citra ſpem videas geri rebus quidem rectus ordo eſt · opinioni vero tuæ peruerſa cōfuſio · Sed ſit aliquis ita bene moratꝰ · vt de eo diuinum iudicium pariter humanumqꝫ cōſentiat · ſed eſt animi viribus infirmus cui ſi quid eueniat aduerſi · deſinet colere forſitan innocentiam · per quam non potuit retinē fortunam · Parcit itaqꝫ ſapiēs diſpēſatio ei quē deteriorem facere poſſit aduerſitas · ne cui nō conuenit laborare patiatur · Eſt aliꝰ cūctis virtutibꝰ abſolutꝰ ſanctꝰqꝫ ac deo proximꝰ

hunc cõtingi quibuſlibet aduerſis nefas pro
uidentia iudicat. adeo vt ne corporeis quidẽ
morbis agitari ſinat. Nam vt quidaz me q̃z
excellentior ait. Vir autẽ ſacerdotalis verus
nõ laborat. ſancti aũt viri corpora ſua ædifi
cauerũt virtute. Fit autẽ ſaepe vti bonis ſum
ma rerũ regenda deferatᷣ. vt exuberãs retũda
tur ĩprobitas Alijs mixta quædã pro aĩmo
rũ qualitate diſtribuit Quoſdã remordet ne
longa foelicitate luxuriẽt. Alios duris agita
ri ſinit. vt virtutes animi patiẽtiæ vſu atz ex
ercitatione cõfirmẽt. Alij plus æquo metuũt
quod ferre pñt. Alij plus æquo deſpiciũt qđ
ferre non poſſunt. Hos in experimentum ſui
triſtibus ducit. Nonnulli venerandum ſæcu
li nomen glorioſae precio mortis emerunt.
Quidam ſupplicijs ĩexpugnabiles exemplũ
cæteris pretulerunt. inuictam malis eſſe vir
tutem. Quæ q̃z rectæ atq; diſpoſitæ ꝛ ex eo

rum bono quibus accidere videntur fiant nul
la dubitatio eſt. Nam illud quoq; quod im
probis nunc triſtia. nunc optata ꝓueniunt.
ex eiſdem ducãt̃ cauſis. ac de triſtibus quidez
nemo miraẗ ꝙ eos male meritos omẽs exiſti
mant. quorũ quidez ſupplicia cũ cæteros ab
ſceleribꝰ deterrent. tum ipſos quibus inuehũ
tur emendãt. Læta vero magnũ bonis argu
mentũ loquũtur. quid de huiuſcemodi fœli
citate debeant iudicare quã famulari ſæpe im
probis cernãt. In qua re illud etiam diſpẽſa
ri credo ꝙ forſitan alicuius tam præceps atz
importuna natura eſt. vt eum in ſcelera potiꝰ
exacerbare poſſit rei familiaris inopia. huius
morbo prouidentia collatæ pecuniæ remedio
medetur. Hic fœdatam probris conſcienti
am ſpectans Et ſecum fortunam ſuam com
parans. forſitan pertimeſcit. ne rei cuius iu
cundus vſus eſt ſit triſtis amiſſio.

Mutabit igitur mores · ac dum fortunā me
tuit amittere nequiciam derelinquit · Alios in
cladem meritam p̄cipitauit idigne acta foe
licitas · Quibuſdam permiſſum puniēdi ius
vt exercitium bonis ꝯ malis eſſet cauſa ſuppli
cij · Nam vt probis atqꝫ improbis nullū foe
dus eſt · ita ipſi inter ſe improbi nequeunt cō
uenire · Quidni · cū a ſemetipſis diſcerpēti bo
conſcientiam vicijs quiqꝫ diſſentiant · faciāt
qꝫ ſaepe quae cū geſſerint non fuiſſe gerenda
decernant Ex quo ſaepe ſumma illa prouidē
tia protulit inſigne miraculū · vt malos mali
bonos facerent · Naꝫ dū iniqua ſibi a peſſimis
quidā perpeti vident · noxioruꝫ odio flagrā
tes ad virtutis frugem rediere · dum ſe eis diſ
ſimiles ſtudent eſſe quos oderant · Sola eſt e
nim diuina vis cui mala quoqꝫ bona ſunt cū
eis cōpetenter vtendo alicuius boni eliciat effe
ctū · Ordo enim quidam cūcta complectitur

vt quod ab aſſignata ordinis ratione deceſſe
rit. hoc licet in aliū tamē ordinē relabat̃. ne
quid in regno prouidentiæ liceat temeritati.
Fortiſſimus in mundo deus cūcta peregit. euꝫ
omnia ſecula preuidet ac proſpicit Neqꝫ enī
fas eſt hoi cūctas diuinæ ope machinas vel
ingenio ꝯprehendere vel explicare ſermone.
Hoc tantū proſpexiſſe ſufficiat ꝙ naturarū
omniū proditor idem ad bonū dirigens cun
cta diſponat. dūqꝫ ea quæ protulit in ſui ſi
militudinē retinere feſtinat. malum omne de
reipublicæ ſuæ terminis ꝑ fatalis ſeriē neceſſi
tatis eliminet. Quo fit vt quæ in terris abun
dare credunt̃ ſi diſponentē prouidentiaꝫ ſpe
ctes nihil vſq̄m mali eſſe ꝑpendas.. Sed vi
deo iā dudum te ꝯ pondere queſtiōis oneratū
ꝯ rōnis ꝓlixitate fatigatū aliquā carmis ex
pectaē dulcedinē Accipe igit̃ hauſtū quo re
fectus firmior in vlteriora ꝯtendas